



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CXVI. Die Gebrüder von Gröben geben zu Potsdam vor den Herzögen Rudolph und Wenzeslaus von Sachsen alle ihre Ansprüche auf das von den letztern dem Kloster Lehnin überlassene Dorf Töplitz auf, am 24. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

CXV. Herzog Rudolph von Sachsen verkauft dem Kloster Lehnin die Bede in Schmergow,
in Jahre 1321.

Precariam in Smergou vendidit nostro monasterio Rodolfus Dux Saxonie pro CC mar-
cis arg. Brand. et ponderis et in eodem privilegio confirmavit venditionem Smergou et Trebe-
goz Anno 1321.

Altes Verz. Lehniner Urk. — Gercken VII, 333. Es ist mit dieser Notiz wahrscheinlich die No. CXIII. abgedruckte
Urkunde gemeint.

CXVI. Die Gebrüder von Groben geben zu Potsdam vor den Herzögen Rudolph und
Wenzeslaus von Sachsen alle ihre Ansprüche auf das von den letztern dem Kloster Lehnin
überlassene Dorf Töplitz auf, am 24. August 1324.

Uniuersis cristi fidelibus presentem litteram inspecturis Ego hennigus et Nicolaus, fratres
dicti de groben salutem in domino sempiternam. Notum esse volumus uniuersis presentem litte-
ram inspecturis, quod inclitus dominus dux Saxonie Rodolphus quandam villam in insula to-
peliz sitam, cuius eciam insule dicta villa nomen accepit, a nobis empcionis tytulo comparauit et
pro eadem villa, donec in eiusdem recompensam alia bona equiualencia nobis traderet, viginti frustra
annis percipienda singulis assignauit. Postea vero dictus dux eandem villam Religiosis uiris mona-
chis in Lenyn Cysterficiensis ordinis ulterius vendidit nostro nostrorumque omnium, quorum interat,
pleno accedente consensu. Sed quia predictus dux recompensam, sicut promisit, facere distulerat
tempore multo, nos nimium affecti tedio ad dictam villam recessum habuimus, dictos monachos cre-
brius impetendo. Demum post multa placita supra eadem controuerfia habita, coram domino duce
conuenimus et ipsam celeri sine terminauimus, arbitrio proborum virorum eam comittendo. Qui
matura deliberatione preuia arbitrando taliter decreuerunt, quod minutam decimam cum vno frusto
et dimidio in assignatis terminis dicti fratres nobis exfoluerent et dominus dux pro alia iusticia et
bassa proque jurepatronatus dicte ville in villa alia faciendo recompensam responderet. Qua propter
arbitrio dictorum virorum contenti videlicet honorabilium atque discretorum virorum frederici
plebani in postamp et ottonis de vorlant ab impetitione predictorum monachorum cessauimus
et exnunc cessamus, promittentes eisdem eiusdem ville, cui per omnia renunciauimus atque
renunciamus nichil iuris in ea pro nobis atque nostris heredibus retinendo, perpetua atque pacifica
possessione gaudere, et vt hec nostra compositio perpetuis temporibus rata atque inconuulla per-
maneant munimine sigillorum honestorum virorum videlicet nostri, domini frederici in postamp
plebani, domini Henzkini de groben militis et Ottonis de vorlant presentem paginam du-
ximus roborandam. Testes huius sunt dominus Rodolfus dux Saxonie fraterque eius dominus
Wenflaus, dominus lozerus miles. Datum et actum in postamp anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o.
in die apostoli Bartolomei.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.